



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Septem Illvstrivm Virorum Poemata**

**Cesarini, Virginio**

**Antverpiae, 1662**

Poemata Apollonii Florentis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7990**

I.

iarum  
s , ac  
rgun-  
te suo  
m Poë-  
tatem  
n im-  
es im-  
faxit,  
pœnâ  
datis

P O E M A T A  
A P O L L O N I I  
F L O R E N T I S .

IN  
P  
A  
S.  
ATA  
APOLLONII  
FLORENTIS

AT  
P  
A  
S.



Contig  
Vidim  
Fatoru  
Signa  
Insequi  
Nunc li  
Suspicer  
Demisso  
Oscula  
Regnat  
Purpure  
Vt nitid

3

ALEXANDRO VII.  
PONTIFICE MAXIMO  
RENVNCIATO,  
AD FERDINANDVM  
FVRSTENBERGIVM  
S. D. N. Cubicularium intimum.



*Vreus illuxit nostris, Fernande, vo-  
catus  
Ominibus votisq<sup>3</sup> dies. Iam lumine  
claro*

*Contigimus, cecas cupidâ quod mente per umbras  
Vidimus, arcanos ausi præuertere fines  
Fatorum, dum quæ præclara & certa relinquit  
Signa sui atheriâ veniens ab origine virtus,  
Insequimur, legimusq<sup>3</sup> anima vestigia magna.  
Nunc licet in summo regnantem culmine rerum.  
Susplicere: & triplici nunc maiestate verendum  
Demisso colimus vultu, genibusq<sup>3</sup> minores  
Oscula adoratis properamus figere plantis.  
Regnat ALEXANDER. Subitò viden' imbribus actis  
Purpureo ut ridet pacatum lumine cælum?  
Ut nitidi redeunt post tristia tempora soles,*

A 2

Et

*Et mites Zephyrorum animæ? circum aspice, tellus  
Vt properè varios summisit læta colores.*

*Quàm dulci aëriæ volucres clangore per auras  
Venturo indicunt hilares noua gaudia sæclo!*

*Aspice, compositis immotum ut fluctibus æquor  
Post fœdas nunc primùm hiemes, ventosq; resedit.  
Cerue Urbem effusam, plausuq; insueta frementem,  
Latitiæq; simul iactas ad sidera voces  
Accipe, non falsos populi exultantis honores.*

*Nam memorant, cælo tandem ut miseratus ab alto  
Antiquâ humanos Genitor pietate labores,  
Regnandum huic dederit magnis virtutibus orbem;  
Auxilium fessis præsentis numine rebus*

*Qui ferat, & duro Europam sub fasce gementem,  
Bellorumq; diu tot tempestatibus actam*

*Qui leuet, ac profugæ reuocet bonus otia Pacis.*

*Nec tamen vltrices generosi pectoris iras  
Non coquere, & iustos animo versare dolores,  
Armaq; sacrilegos meditari & fulmina in hostes.  
Huius in aduentu iam nunc pallere superbum  
Regnatorem Asiae trepidum, atque extrema timentem,  
Seq; peti terrâ & pelago, ferroq; virisq;  
Immensas Orientis opes, Solymamq; reposci.  
Parte aliâ populos longè trans ardua claustra*

*Italia,*

*Italiae*

*Et Rhe*

*Latiti*

*Concip*

*Hunc*

*Quem*

*Omnia*

*Quem*

*Flexar*

*Artibu*

*Attoni*

*Suspex*

*Disidi*

*Exarsu*

*(Chao*

*Ad Ti*

*Iamq;*

*Et pac*

*At fren*

*Hesper*

*Que n*

*Aspici*

*Hac fi*

*Regna*

APOLLONII FLORENTIS. 5

*Italia, gelidum spectantia regna Booten,  
 Et Rheni egregias fluuijꝫ binominis vrbes  
 Latitie miros imo sub pectore sensus  
 Concipere, & veterem subito consurgere flammam.  
 Hunc illum, auspicijs nuper celestibus oras  
 Quem videre suas venientem, aurisqꝫ secundis,  
 Omniaqꝫ aternis obeuntem laudibus: illum,  
 Quem pietate & iustitiâ, quem sanguine clarum,  
 Flexanimo lingue eloquio, doctisqꝫ beatum  
 Artibus, & castâ facilem dulciqꝫ Camœnâ,  
 Attonitis inhians oculis, ceu præscia tanti  
 Suspexit mirata boni Germania: triste  
 Dissidium, cœcasqꝫ iras, animosqꝫ rebelles  
 Exarsisse satis: gentem iam tendere amicam  
 (Chaonia ad nidum veluti per inane columbæ)  
 Ad Tiberim, & magna properare ad mœnia Romæ:  
 Iamqꝫ sacros orare pedes, veniamqꝫ precari,  
 Et pacem, certamqꝫ adeò exorare salutem.  
 At fremitu maiore ferunt, quæ munera terram  
 Hesperiam, Latiumqꝫ, altam Mauortis & urbem  
 Quæ maneant; propius quanta indulgentia celi  
 Aspiciat sacros orienti sidere colles.  
 Hac finxisse tenus vates Saturnia quondam  
 Regna per Ausoniam, & de fuluo sæcla metallo:*

*Aurea nunc verè tali sub numine condi  
 Tempora, iam reduci cum Virgine leta venire  
 Omnia, detersâ prisci rubigine ferri.  
 Iam decus antiquum, & solitos constare triumphos  
 Principe ALEXANDRO Romanis arcibus: & iam  
 Relligione Patrum, sanctæ & formidine dextræ  
 Victorem latè gentes ab utroque receptas  
 Litore adoratæ imperio subiungere sedis.  
 Hoc duce præclaras florescere protinus artes,  
 Et Latîâ tellure novas iam surgere Athenas:  
 Permessi mutare undas iam Tybride Musas,  
 Desertoq; Helicone, iugum celebrare Quirini.  
 Hæc bona non dubio monitu mortalibus, addunt,  
 Ex illo speranda, Heros quo tempore primùm  
 Attigit exoriens venientis lumina vitæ:  
 Cùm summo etherij residens in vertice Olympi  
 Regius ardenti fulgeret Iuppiter auro,  
 Et vaga composito circum famulantia motu  
 Inter se adspicerent radijs felicibus astra:  
 Lydia materno caelestia pignora tellus  
 Cùm gremio exciperet, quâ sese vrbs erigit alto  
 Clara iugo, fecunda virum, decorumq; creatrix,  
 Regales fuluâ pueros sub matre, superbum  
 Insigne attollens, nec sanguinis immemor alti*

*Cognatam*

AI  
 Cognatam  
 Cùm a  
 (Nom  
 Mon  
 Mira  
 Et pa  
 Nec n  
 Haud  
 Quæ a  
 Relligi  
 Pector  
 Tum l  
 Celest  
 Queis  
 Flecten  
 Sacula  
 Quid  
 Ingem  
 Regific  
 Quid  
 Pro re  
 Tot be  
 Specta  
 Et pat

APOLLONII FLORENTIS. 7

Cognatam ostentans notâ sub imagine Romam:  
 Cùm domus egregios intra generosa penates,  
 (Nomen auis, atavisq; ingens) longo ordine viuos  
 Monstraret puero vultus, & facta suorum  
 Mirari, inq; sacris vestigia figere signis,  
 Et patrio in teneris laudum consuescere amori.  
 Nec maiora silent regni argumenta futuri,  
 Haud obscura, virum veniens ubi reddidit ætas,  
 Quæ dedit ille: Dei purâ super omnia plenum  
 Relligione, metuq; animum, niueosq; pudici  
 Pectoris, inuictosq;, vlllo sine vulnere, mores:  
 Tum largè nitidis haustas de fontibus undas  
 Celestis Sophia, Themidisq;, & Palladis artes,  
 Quæis populos regere imperio, quibus aspera doctus  
 Flectere corda hominum, positis olim effera bellis  
 Sacula felici mitescere pace iuberet.  
 Quid referam, vt letos augustæ frontis honores  
 Ingeminant, celsosq; animos, mentemq; benignam,  
 Regificasq; manus, facilemq; ad præmia dextram?  
 Quid studium, totq; exhaustos terraq; mariq;  
 Pro re Romanâ, pro relligione labores?  
 Tot benefacta viri! quæ tu, Fernande, beatus  
 Spectasti primis mirari assuetus ab annis;  
 Et patrias etiam Rheni meditatus ad undas



*Tentasti Arctōas plectro leniore per auras.*  
*Nunc quæ mira vides , propiore beator almæ*  
*Frontis ab aspectu , pronâ quæq; accipis aure,*  
*Quæq; feret voluenda dies facta inclyta summi*  
*Principis , & nomen latè immortale , decusq;*  
*Maiori celebrare sono , grandiq; memento*  
*Carminè , Meonijsq; modis attollere ad astra.*  
*Diuino ingenio , & præsentì numine vates*  
*Quæ dabis , aternùm referens mirabitur orbis,*  
*Et seri assiduè discunt memorare nepotes.*

A D  
**ALEXANDRVM VII.**  
**PONT. OPT. MAX.**

Eucharisticon.

**M**E quoque sublimi è solio, PATER, aspicias, vnde  
*Terrarum spatia , & terras obeuntia latè*  
*Æquora despectas , calumq; ac sidera tangis*  
*Arduus , & vigili mundum ratione gubernas.*  
*Nec tua maiestas , quòd me quoque prouida curat,*  
*Deteritur : Phæbi nec lux sese inficit alma,*  
*Senta quòd ex alto lustrat loca , & infima tendit*  
*Telluris , manesq; adeò penetrare sub imos.*

Sed

APOLLONII FLORENTIS. 21

Sed simul emicuit caelo, tristem undique pellit  
 Squalorem, turpemq; situm, nebulaeq; resoluit.  
 Atque ubi descendit magis, interiusq; repostas  
 Rimatur latebras, fetus & munera fundit  
 Cara magis, pretiosa auri argentiq; metalla,  
 Gignit & ardenti rutilos fulgore lapillos.  
 Haud aliter tu, MAGNE PARENS, quocumq; salubres  
 Aduertis radios, mentes animosq; serenas,  
 Speq; bonâ, & donis largè presentibus auges.  
 Vel mihi quæ longè in tenebris semota iacebat,  
 Frontis ut aspectu primo recreata beatæ,  
 Regaliq; erecta manu, & decorata benigno  
 Munere, vita redit! veterumq; oblita malorum,  
 Leta tuos inter dum se circumspicit, usque  
 Fortunam secura nouam, noua gaudia versat!  
 Atque utinam illapsu diuini luminis, auri  
 Vena fluat, nostroq; erumpant pectore gemmæ!  
 Pulcrior haud inter lauros ederaeq; virentes  
 Cinxerit ambrosios tibi crines vlla corona.  
 Nam neque præpetibus superantes aëra pennis  
 Me vincant aquilæ, nec dulci carmine olores,  
 Nomen ALEXANDRI, laudesq;, atque inclyta facta  
 Tollere Pierio certantem ad sidera cantu.  
 Te verò intereâ tacitus venerabor, & altè

Sed

A 5

Diuini

Diuini ingenij quæ tu vestigia signas,  
 Assiduè relegens, memori sub mente recondam:  
 Discam aptis si fortè olim tibi soluere grates  
 Vocibus, & tua conari, PATER, aurea dicta,  
 Aurea, perpetuâ semper dignissima vitâ:  
 Deq; tuis tibi dona feram te digna, supremi  
 Vt facimus sacras humiles ad Numinis aras.

A D

F L A V I V M  
 C A R D . C H I S I V M .

**T**V quoque supremo Patrui de sidere sidus  
 (Cynthia fraternis clara velut radijs)  
 Me tenui grates dicentem carmine, lætis  
 Aspectas, Princeps inclyte, luminibus:  
 Cuius in exortu toto lux aurea celo  
 Emicat, & campos lapsa per ætherios  
 Diditur, & pulsâ caligine protinus imas  
 Vndique iam terras conserit, & maria.  
 Sed tua purpureo vestitur lumine Roma  
 Largiùs, eximio & munere perfruitur:  
 Teq; suum decus, & lenimen dulce laborum  
 Suspicit, & duro in tempore præsidium,

Cum

APOLLONII FLORENTIS. II

Cum scelerata lues miseram, & mendacia messis,  
Ah miseram, crebris mortibus horrificant:  
Nec cessare sinit trepidam discordia Regum  
Vicina, armorum terribili sonitu.  
Ut patrio exiliens armata è vertice Pallas  
Infensos caelo terrigenas domuit,  
Pectore de sacro magni haud secus ipse Parentis  
Diuino existis viuudus ingenio.  
Continuoq; feras acies, atque horrida fundis  
Faucibus eructata agmina Tanarijs:  
Perq; Urbem, & Latium Diras sine more furentes  
Ad nigra precipites Tartara victor agis.  
Quaq; triumphantem volucris fert gloria, vinctum  
Auro & fronde simul tempora multiplici,  
Ignis ut in caelo cum se nouus exerit, in te  
Mentes quisque, auidos conijcit atque oculos.  
Surgere Ledaum vestris de montibus astrum  
Iam videt in medijs fluctibus Italia;  
Transq; Alpes procùl aërias, transq; aquora, leto  
Iactata, heu, gentes omine suspiciunt.  
Iam fœdas sperant hiemes, caliq; tumultus  
Deseruisse, animas & posuisse truces.  
Tempora iam compleссе canunt infesta sorores,  
Staminaq; auratis ducere velleribus:

Cum

Egregium

Egregium euerso tandem succurrere saclo  
 Demissum niueis alitibus iuuenem.  
 Hunc, patrios fulgere lares dum stemmate longo  
 Præclaris atauum cernit imaginibus,  
 Discere virtutem in teneris, verumq; laborem  
 Cæpisse, & magnos reddere Chisiadas:  
 Et cum vix molli primùm pubesceret æuo,  
 Intrepido fortes corde gerentem animos,  
 Vnigenam cara amplexus genitricis, & vda  
 Fugisse immotum lumina lacrymulis,  
 Misso ut Hyperboreas magnis de rebus in oras  
 Adderet ingenti se comitem Patruo:  
 Perq; niues celerem, perq; horrida saxa secutus  
 Curreret, ad superos quæ via pandit iter.  
 Et nunc, quod virtus olim sua, festaq; votis  
 Poscebant rebus tempora flebilibus,  
 Ille sedet regnans solio sublimis in aureo,  
 Iuraq; seruat mitia dat populis:  
 Tuq; hoc iam pridem sapere, & regnare magistro  
 Doctus, in imperij parte locatus ades:  
 Quicum partiri graue pondus, cui velit altum  
 Pectus ALEXANDER credere, & ingenium.  
 Ille adèò te, sacra feras qui iussa per orbem,  
 Pollentem eloquio mittet Atlantiaden,

Quo

APOLLONII FLORENTIS. 13

Quo reuocante, diu pax suspirata reuisat  
 Europam, indigno reddita ab exilio:  
 Cum placidi iungent, posito certamine, Reges  
 In melius versis, fœdera, consilijs.  
 At tibi iam video magni famulantia mundi  
 Sidera felici lumine, quâ properas:  
 Et tumidos molli cliuo subsidere montes,  
 Fluminaq; obsequio currere prona tuo.  
 Iam video ventos impellere vela ferentes,  
 Et seruire sacris puppibus Hippotaden:  
 Neptunumq; Patrem, & Nereidas exultantes  
 Accipere, & toto prouehere vsque mari;  
 Litoreq; exceptum primo deducere gentes,  
 Letitiæ resonis vocibus, innumeras.  
 Parte aliâ increpitat reditum deserta morantem,  
 Teq; diu externis inuidet Ausonia:  
 Et reducẽ hinc summis suspirat ab Alpibus, atq; hinc  
 Expectat Tuscis obuia litoribus.  
 En venit, & terris emensis sospes, & undis,  
 Præpetibus tendit cursibus in Latium:  
 Iamq; viam ad sacras relegens secat impiger arces,  
 Mœnia iam victor FLAVIVS ecce subit.  
 Vrbs effusa repenti ruit, populusq; Patresq;  
 Optato properant pascere amore oculos.

Ardurus

Quo

*Arduus ille sedet, nitidosq̄, aurum inter & ostrum,  
Palladijs crines frondibus implicitus*

*Alta triumphali inuehitur Capitolia pompâ;  
Mox humilis sanctis oscula dat pedibus.  
Interea fremituq̄, hilari, plausuq̄, resultant,  
Et lucent festis compita luminibus.*

*Nec niuei, flauo quos flumine pascit olores  
Agmine nunc Tybris profluus aurifero,  
Nomen ALEXANDRI, & FLAVI, & facta inclyta  
cessant*

*In celum æternis tollere carminibus:  
Sæcla nec æternas voluentia dicere laudes  
Cessabunt, vestris aurea muneribus.*

A D

AVRELIVM MARROCHIVM,  
SCIPIONIS CARD. S. SVSANNÆ  
MEDICVM.

**H**oc tibi me, Aureli, vestrum quoque numen  
Apollo

*Sollicitum iussit mittere epistolium:  
Artis ut auxilio, quam tu meditaris, & unam  
Eximie præstanti excolis ingenio,*

Nascenti

APOLLONII FLORENTIS. 15

*Nascenti occurras morbo, longumq; minanti,  
 Ni reprimas, toto corpore supplicium.  
 Ex quo etenim Domini vos mollia iussa secuti  
 Vrbe procul dulci viuitis exilio,  
 Et miserâ ambitione procul, dulcissima, forsan  
 Immemores nostri, gaudia percipitis;  
 Hic mihi nescio quæ trepido submittitur imis  
 Visceribus tristis fœdaq; pernicies.  
 Nam vapor effusus feruentibus undique venis  
 Incipit indignis vrere membra modis.  
 Iamq; vari sparsim existunt, papulaq; rubentes,  
 Inficit & medias pustula rupta manus:  
 Pruritusq; vagi, & scabrae rubiginis optat  
 Assiduo impatiens stringier ungue cutis.  
 Prasertim dulces ubi suadent carpere somnos  
 Aurea iam cursu sidera præcipiti,  
 Sanguis inardescens stimulis pertentat acutis:  
 Nec requies molli mi datur vlla toro.  
 Vixq; renascentis Phæbi sub lumina prima  
 Excipit irriguo sparsa sopore quies.  
 Vnde autem infelix vitium incessisse repente,  
 Et miseros artus corripuisse putem?  
 Non ego cum flammâs Procyon, radiosq; malignos  
 Spargeret, aut mihi luce sub Erigones*

Pocula



Pocula siccaui generosi ardentia Bacchi  
 Largius, apposita nec nocuere dapes.  
 Dira neque immodico bilis succensa labore,  
 Nec curâ aut studio est mens agitata graui.  
 Sed molles aluere epulæ, cyathisq; minutis  
 Infusa est gelido plurima lympha mero:  
 Et matutini captato frigore roris,  
 Mox vacui longos sedimus usque dies.  
 Nec dubitavi etiam mersare salubribus undis  
 Interdum, ac tepido spargere membra lacu.  
 Quid, liquidum, medioq; agitatam Aquilonibus aestu  
 Quod calum in tectis ducimus aërijs.  
 Ipse tamen quæ causa malum hoc induxerit, altè  
 Vestiga, & celerem, dum licet, affer opem.  
 Affer opem, & propera labem compescere, si te  
 Vlla mouent dulcis iura sodalitijs.  
 Seu fit abundanti salientem sanguine venam  
 Tundere opus, succosq; elicuisse putres;  
 Seu iecore ardenti ingesto medicamine flammam  
 Opprimere, atque aluum ducere consilium est;  
 Huc ades, Autumni labentis dum finit hora  
 Lenis adhuc, dum sic sera moratur hiems.  
 Quam cupimus debere tibi, molire salutem,  
 Conceptumq; agro pectore pelle metum.

Eueniek

AT

Euenie

Et

Principi

Proj

F E

F V

De r

C V

Ri

Fouer

Cui duer

Longo s

Chart

Fa

Monstran

Virtutis,

Inire,

A

APOLLONII FLORENTIS. 17

*Eueniet : tibi perpetuò sic vota secundent ,*

*Et faueant cœptis numina leta tuis :*

*Principis & magni viridi dent robore vitam*

*Proferre ad Pylij tempora longa senis.*

A D

F E R D I N A N D V M

F V R S T E N B E R G I V M ,

De reditu cogitantem in Germaniam

anno CIO. IOC. LIV.

**C** *Vi fausta lato sidera lumine*

*Risere , molli quem placida sinu*

*Fouere nascentem Camœna , &*

*Ambrosijs aluere succis :*

*Cui ductus altè sanguis , & inclytæ*

*Longo sequentes ordine imagines ,*

*Chartæq; signantes parentum*

*Facta , domus monumenta magna ,*

*Monstrant auito nobile iter gradu*

*Virtutis , arces quæ datur igneas*

*Inire , doctrinæq; suadent*

*Aërium superare culmen :*

B

Laboriosâ

Laboriosâ nil opus aleâ  
 Mutare dulces exilio lares,  
 Et quærere incertum remotis  
 Regna procùl peregrina terris.  
 Sed te beati viuividus ingeni  
 Adegit ardor limina linquere  
 Paterna, præclaros ut exul  
 Egregius fugeres penates  
 Primâ in iuuentâ. Nec sine numine,  
 Fernande, Diuûm, principe in urbium  
 Resistis, ingentemq; lustras  
 Latè oculis animoq; Romam.  
 Iacere moles nubibus aspicias  
 Olim propinquas, & decora imperi  
 Miratus, immani ruinâ, &  
 Marte doles cecidisse vestro.  
 Mox de superbo puluere nomina  
 Maiora cernis, regnaq; surgere  
 Aeterna, quæ victrix per orbem  
 Relligio, pietasq; summis  
 Aquauit astris. Impiger ultimo  
 De fonte, riuos hîc sapientie  
 Hauris, & ad plenum benignâ  
 Pulcra sitis satiatur undâ.

APOLLONII FLORENTIS. 19

*Purum vetusti temporis aureas*

*Hic pectus artes combibit, & sacrâ*

*De fronde iam nectis coronam*

*Crimibus, Ansonioq; vates*

*Incedis inter carmine nobilis,*

*Cui plaudit amnis regius assonans,*

*Collesq; septeni resultant,*

*Quo Latia recreantur aures.*

*Natale fratres imperijs solum*

*Bellisq; fetum pectore Martio*

*Colant tuentes, & sub Arcto*

*Auspicijs volitent secundis.*

*Ad pulcra pacis munia te vocat,*

*Poscitq; calum mitius: huc tua*

*Te sistit, & celsos honores*

*Insequitur generosa virtus.*

*Vt orba dulci coniuge, & unico*

*Fecunda nato, mæsta tenet parens*

*Amplexa cedentem, nec vdo*

*Fixa sinit properare vultu:*

*Sic Roma cari dum capitis fugam*

*Rumore tristi nunc timet anxia,*

*Supplex moratur, sic amici*

*Te precibus retinent Quirites.*

A D  
A V G V S T I N V M  
F A V O R I T V M.

Ad studium Græcarum litterarum  
hortatur.

**Q**ui pectus ardor versat, & intimas  
Vrit medullas, purus, ab ignibus  
Demissus æternis, & usque  
Ætheriâ recreatus aurâ:  
Vernante qui te sanguine vividum  
Tellurem inertem linquere, & arduas,  
Auguste, sublimem volucri  
Ingenio superare nubes  
Cogit, relictas mox humilem super-  
Volare terras, litora duplicis  
Diuersa latè quâ refusâ  
Oceani feriuntur undâ:  
Interminatas quò sapientiæ  
Quæras auaro diuitias sinu,  
Opesq; doctrina beato  
Egregias animo reportes,

APOLLONII FLORENTIS. 21

Non ille fracto lenior impetu  
 Residet usquam: non alio minus  
 Sub sole feruescet: nec istam  
 Lympha sitim gelidumve flumen

Restinguet vllum, tu nisi iam vagus  
 Ales resistas, Gracia nobiles  
 Magnumq; spirantes ruinas  
 Seruat ubi, propriumq; bustum.

Fluentis auri puluere sub sacro  
 Metalla, gazas impiger obrutas,  
 Gemmasq; defossas, Eois  
 Inuenies pretiosiores.

Seu plana lustres, seu iuga montium  
 Ferare circum, seu loca legeris  
 Pulsata Neptuno, secundum  
 Seu placidos spatieris amnes;  
 Arcana docti pectoris audies  
 Miro eloquentes digna silentio  
 Umbras, & immortale duces  
 Aure avidus sitiente nectar.

Sub dulci Hymetti calmine, vitreas  
 Iliasi ad undas ipsa canit sedens  
 Regina, diuinosaq; flores  
 Cecropio Sophia ore fundit,

Non

B 3

Quos

Quos tu sequaci corripuens manu,  
 Nouisq; pennis altiùs euolans,  
 Insignem, & aternam, relictâ  
 Rursus humo, referes coronam.

IN

PHILOMATHIS  
 MVSAS IUVENILES.

Quid iste fert libellus? aut quid suspicer  
 Venisse in auras luminis fetum ingeni  
 Sublimis, altam nec fateri originem?  
 Vultuq; ficti sub parentis, per manus,  
 Perq; ora circum iam volare nobilem?  
 Sirenas ane condidisse carmina  
 Diuina, mundi temperantes astricos  
 Choros, & imis, munere insueto Deum,  
 Audita terris? ane Pindi in vertice  
 Iuuenta honore Phæbus aeterno nitens  
 Inter Camænas ore meditatus sacro  
 Hæc ipsa fudit? siue in Elysiâ pij  
 Conualle, gentis aureæ priscum genus,  
 Dedere vates dicta præclara, aurea, &  
 Desueta primùm, iamq; turpi inertia  
 Deleta, nostro reddidere tempori?

Mirare,

AP  
 Mirare  
 Mentis  
 Latens  
 Human  
 Aperto

HI

De

E<sup>Rg</sup>  
 Ill.

Catella

Tua A

Nec v

Lucina

Periclit.

Nec ips

Subblan

Iniurios

Sed nos

Summu

Olim (e

APOLLONII FLORENTIS. 23.

*Mirare, Lector, quicquid est, ac suspice;  
Mentisq; magna dum legis vestigia,  
Latens adora numen (haud vana auguro,  
Humana si secundus aspicit Deus)  
Aperto adoraturus olim in lumine.*

IS  
A D  
HIERONYMVM  
ALEANDRVM.

De morte Aldinæ catellæ festiuissimæ.

**E***Rgo illa dulcis, illa multum amabilis,  
Illa albula, illa delicata, illa innocens  
Catella vixit? & tulere numina,  
Tua Aleander interire gaudia?  
Nec vlla castis inuocata versibus  
Lucina præsens (heu nefas!) laboribus  
Periclitantis affuit puerperæ?  
Nec ipsa, dudum cuius ignem acceperat  
Subblandientis aëta vi Cupidinis,  
Iniuriosa fata Cypris reppulit?  
Sed nos querelis quid fatigamus Deos?  
Summum Deorum facta crimen conqueri.  
Olim (& quis hoc non credat?) alma cœlitum*



*Venus voluptas, alma pulcritudinis*  
*Dea, ut puellis vsquequaque blandula*  
*Catella sœuit asidere bellulis,*  
*Habere & ipsa concupiuit candidam,*  
*Quicum iocosa luderet, caniculam.*  
*Nulla at peractis procreata sæculis*  
*Amore digna calitum canicula est.*  
*Modo ista amori destinata Cypridis*  
*ALDINA venit bella in auras luminis.*  
*Visam sibi hanc repente Diua surripit,*  
*Quâ nulla posthac pulcrior videbitur.*  
*Quare, Aleander, iam dolere desine.*  
*Ne tu occidisse crede quam desideras,*  
*Fallacis umbram dum vides imaginis.*  
*Quin gaude, & ultrò gratus offer muneri*  
*Diue, lepores quæ tibi dedit suos:*  
*Quæ nunc magis magisq; amica permanet*  
*Tibi, venustatemq;, & omnem calitum*  
*Pro munere isto comparabit gratiam.*

A D

F

Serena

Prisci P

Verum

Imbuta

Contami

Videre

Mirabile

Nunc t

Obducta

Calumq;

Non vsu

Non vsu

Euge o

Numenq;

Verè De

APOLLONII FLORENTIS. 25

AD EVMDEM,

De lacrymis Deorum edifferentem.

**F**lerent dolentes fata si quando aspera,  
Guttis per ora lucidis manantibus  
Serena Diuum lacrymasse lumina  
Prisci Poëta tradidere temporis.  
Verum nefanda ex quo perosi crimina,  
Imbuta queis iniqua ferri secula,  
Contaminato subtrahunt se aspectui,  
Videre nulli fas fuit mortalium  
Mirabiles que cælitum sint lacrymæ:  
Nunc tu, Aleander, perspicaci acumine  
Obducta visum tendis ultra nubila,  
Cælumq; lustras penitus: en, quod videris  
Non usitato more flere numina,  
Non usitatâ edisseris facundiâ.  
Euge ô beate. Tu tenebras discutis,  
Numenq; portas, quo nitentes lumine  
Verè Deorum lucida sunt lacrymæ.

A D

B 5

I N

I N  
BIBLIOTHECAM  
FRANCISCI CARD.  
BARBERINI.

**P**raeeps furentis orbe dum ruit toto  
 Procella Martis, iamq; terror incessit,  
 Calidaq; caedes undique imbuit campos;  
 Ab imminente vastitate quò seruet  
 Trepidās Camēnas, literasq; palantes,  
 Sacri Senatus cōlumen, & decus magnum  
 FRANCISCVS, arcem prouidā pius curā  
 Muniuit, ornauitq;, vimq; congesit  
 Studio, labore, dexteraq; regali  
 Huc aureorum maximam libellorum.  
 Vos hinc procūl faceſſite in malas oras  
 Blattē nocentes, quò mali vocant libri:  
 Satis superq; munera inter & curas  
 Regni, diurnā solus, atque nocturnā  
 FRANCISCVS haſce conteret manu chartas.

A D

Q<sup>ve</sup>

Quam ci

Deijcit

Solibus a

Aut le

Haud ita

Diuini

Nam Cha

Nectar

Nec deeru

Longa

CAESA

CO

Q<sup>voc</sup>

Quo bella

Hac qu

A D

IOANNEM BARCLAIVM,

Flores studiosè educantem.

**Q**ua tibi culta novos latè parit area flores,  
 Quaeq; nitet vario picta colore seges,  
 Quàm citò, Barclai, defecerit! improbus Auster  
 Dejicit, aut densâ decutit imber aquâ:  
 Solibus aut aestus veniens ardentibus urit,  
 Aut legit, & rapido demetit ungue manus.  
 Haud ita quos lepidis cultu meliore libellis  
 Diuini flores inseris ingenij.  
 Nam Charites Musaeq; fouent, sparsiq; beato  
 Nectare, perpetui veris honore vigent.  
 Nec deerunt vnquam inscripti tua nomina flores,  
 Longa licet studio perpete saecula legant.

CÆSARIS COMMENTARIA  
 CORROSA A MVRIBVS.

**Q**uod mille libros inter, hunc immaniùs  
 Vastasse mures aspicias,  
 Quo bella Caesar inclyta, & victorias  
 Hac quâ peregit fortiter

Dex-

*Dextrâ, exaravit doctè, id imprudentiâ,  
Casuve factum ne puta.*

*Nam dum coronâ cingit, ac sedet diu  
Castella circum, aut mœnia,*

*Edendi amore adegit, ac penuriâ,*

*Dolo undecumque & machinis*

*Periclitantes aggredi, & consumere*

*Excepta murium agmina.*

*Ex illo inustum dedecus, & iniuriam*

*Transmissam adusque posteros,*

*Auctoris haud oblita, fortis natio*

*Reponit, atque vlciscitur.*

## A D

## IUVENEM PICTOREM.

**D***um viuo discis tabulas animare colore,  
Et varios natura effert quos dædala flores,*

*Graminaq; & dulces anni per tempora fructus*

*Dum simulas, laudum iuuenili captus amore,*

*Disce simul pulcris animum virtutibus altè*

*Imprimere, atque Dei sacram mediâ ipse locatam*

*Effigiem quam mente geris, fuligine turpi*

*Ah caue commacules, & celso è culmine iam iam*

*Precipitem, tetro vitiorum in gurgite voluas.*

*Ah*

APC

*Ah caue*

*Lilia do*

*Atque*

*Actus a*

*Pullulet*

*Pœnarum*

C F

*Suec*

F

A<sup>co</sup>

*Insolitur*

*Et rig*

*Nunc D*

*Et fug*

*Quodque*

*Extua*

*Hoc capi*

*Te qu*

APOLLONII FLORENTIS. 29

*Ah caue, dum violasq̄, rosasq̄, & candida pingit  
Lilia docta manus, tristes sub pectore dumos,  
Atque venenatis radicibus inserat herbas  
Actus amor furij, nimumq̄, effrena cupido,  
Pullulet unde tibi scelerum densissima silua,  
Pœnarumq̄, grauis nullo non tempore messis.*

D E

C H R I S T I N Æ

Suecorum, Gothorum, Vandalorum  
Reginæ aduentu in Urbem,  
Ianuario ineunte.

M. **A**ccessu, REGINA, tuo noua frigora in Urbem  
Cur tulit, & gelidos ventus ab axe dies?  
Insolitum frangi regali virgine non est,  
Et rigidum Boreæ pectus amore capi.  
Nunc Dominam ille suam sequitur terraq̄, mariq̄,  
Et fugit in patrijs scepra aliena plagis.  
Quòdque videt tenero doctas sub pectore Athenas,  
Extuderunt Gratum quidquid & ingenia,  
Hoc capitur magis, & veteres reminiscitur ignes,  
Te quoque Cecropium dum putat esse genus.

D E

Ab

D E

ALEXANDRI VII.  
PONTIFICIS OPT. MAX.

secessu in Albanum.

**E**cce ubi ALEXANDER longam secessit in  
Albam,

Et Romam veteri restituit patriæ,  
Iuppiter ipse graui vectus per inania curru  
Descendit prono plurimus obsequio.  
Mox colere & Phæbus, radijs ornatus & auro,  
Luce suâ lumen clarius approperat:  
Nympharumq; chori lacubus, syluisq; relictis  
In numerum aduentu Principis exiliunt:  
Et circumpositæ effundunt sese undique gentes,  
Vt sacris humiles oscula dent pedibus.  
Vrbs dolet intereâ ingeminans deserta querelas,  
Suspiratq; sui mæsta Patris reditum.  
Parce tamen, pia Roma, queri, nec gaudia Matri  
Antiqua exigui temporis inuideas.

A D

C La

Tu licet

Pallad

Arma tar

Atque

Indomiti

Totq;

Quem no

Diuini

Quas pep

Inde tu

Ille quide

Postrem

Tu maior

Et sup

A D  
P. SFORTIAM  
PALLAVICINVM S. I.

De historiâ Concilij Tridentini  
ab eo scriptâ.

**C** Lara ducum soboles, bellatorumq; propago,  
Qui veteres forti nomine reddis auos;  
Tu licet abnueris Martem, & meliora secutus  
Palladijs iam celum artibus attigeris,  
Arma tamen fato generis te, duraq; bella,  
Atque triumphato laurus ab hoste manet.  
Indomiti vel nunc infracta superbia monstri,  
Totq; dabat populis qui modo damna furor,  
Quem nouus Alcides, & ferro aggressus & igni,  
Diuini extincti viribus ingenij,  
Quas peperit palmas! que venit adorea! quantus  
Inde tulit plausus nomen ad astra tuum!  
Ille quidem domuit postquam portenta, domari  
Postremam victor comperit inuidiam.  
Tu maior, simul indomitum certamine primo  
Et superas hostem, Sfortia, & inuidiam.

A D

IN



IN ORATIONEM FVNEBREM  
IO. IACOBI BVCCARDI

habitam Romæ in morte Nicolai Claudij  
Fabricij Perescij.

**Æ** *Ternæ in Urbis luce, consessu Patrum  
Fauente, Romano ore cultuq̄, exequi  
Potuisse laudes plurimas & maximas  
Extincti acerbo funere, heu, Perescij,  
Buccarde, res est magna, factuq̄, ardua:  
Sed, quâ executus ipse, præclaram, auream  
Orationem efferre qui possit satis,  
Rem magnam & is præstiterit, ac perarduam.*

IN PANGLOSSIAM

de laudibus eiusdem ab eodem Buccardo  
collectam.

**Q** *uod nomen laudesq̄, tui celebrare Peresci  
Institerunt varia linguis longo ordine gentes,  
Nobilitas, virtusq̄, viri, & benefacta reposcunt  
Æterna, Oceanum ad geminum dispersa per orbem.  
At pariter benè quod celebrant, laudantq̄, disertè,  
Laus, Buccarde, tua est: tua enim facundia primum*

*Emicuit;*

APO

*Emicuit;*

*Deflesti e*

*Que circ*

*Assonat*

FEL

NA

**V** *Idi*

*F*

*Mortalis g*

*Cum p*

*Vana tam*

*Pace t*

*Perlege N*

*Carmin*

*Teq̄, imm*

*Laudib*

*Emicuit ; vitamq̄, & grandia facta secutus  
 Defleſti egregij caſum miſeratus amici:  
 Quæ circum accipiens longè exaudita, reſultans  
 Aſſonat, ingeniumq̄, tuum ſibi vendicat Orbis.*

A D  
 FELICEM ZACHIAM,  
 NATALIS RONDININI  
 defuncti matrem.

**V** Idit ut ereptum properato funere natum,  
 Flentibus immoto pectore mater ait:  
 Mortalis genui mortalem, animoq̄, supremum,  
 Cum peperit, occurrit tempus & atra dies.  
 Vana tamen ratio, & rerum te fallit imago,  
 Pace tuâ liceat dicere, docta parens.  
 Perlege NATALEM celebrantium carmina, in ævum  
 Carmina diuinis edita ab ingeniis:  
 Teq̄, immortalē nati de nomine, & illum  
 Laudibus æternum viuere noſce ſuis.

## SOLARIVM ABSQVE GNOMONE

BERNARDINI CARD. SPADÆ,

**H**Orarum interpres quòd nullà tangitur umbra,  
 Tempora sed toto linea sole notat,  
 Multa animo volvis, dum causam queris, & esse,  
 Quidquid id est, mira colligis artis opus.  
 Falleris: hìc puro splendent ubi cuneta nitore,  
 Et Domini fulget lumine clara domus,  
 Haud locus est umbra: non hìc famulantibus horis  
 Dum properat, raptim tempora lapsa docet;  
 Usque sed eximiè dilecti Phæbus ab alto  
 Nobile in obsequium Principis ipse venit.

A D

## F E R D I N A N D V M

F V R S T E N B E R G I V M,

De Thynni capite dono misso.

**M**isisti mihi, Ferdinande, munus  
 Magnum, Iuppiter! atque sumtuosum:  
 Sed magnum quod amiculo immerenti  
 Næ malum dedit, ac repentè viuum, &  
 Videntem, propè ad incitas redegit.  
 Nam dum relligio mihi, quod abs te

Tuisq

AI  
 Tuisq  
 Ferro  
 Tam  
 Et sin  
 Letus  
 Ere  
 Arm  
 Tant a  
 Adm  
 Lance  
 Tum q  
 Incen  
 Quan  
 Ferclu  
 Nostr  
 proin  
 Mitt  
 Hac a  
 Balen  
 Destin  
 Fortun  
 Meti  
 Decent

*Tuisq̄ è manibus venit, minuta  
 Ferro in frusta secare, nec puto fas  
 Tam cari capitis perire formam,  
 Et simul meditor frui beato  
 Latus munere, & vnctiore cœnâ;  
 Ere mi fuerunt paranda grandi  
 Arma, vasaq̄ grandiora, molem  
 Tantam quæ caperent, focoq̄ & igni  
 Admotam coquerent, tripus, ahenum,  
 Lancesq̄, & patina, paropsidesq̄e.  
 Tum quæ silua lari aduoluta! quantus  
 Incendit modicos rogos penates!  
 Quanta, heu, diluuiis profusi oliui  
 Ferclum immane super! lucerna tantum  
 Nostra vix biberit decem per annos.  
 Proin tu, cùm tibi monstra belluosus  
 Mittet Oceanus, vagiq̄ fluctus  
 Hæc ad litora verterint tremendum  
 Balenæ spatium, memento turpe  
 Destinare aliò caput, docendus  
 Fortunam, & loculos breues amici  
 Metiri pede veriore. non hæc  
 Decent munera pauperem culinam.*

*Tuisq̄*

C 2

AD

## A D E V M D E M,

Die eius natali.

**O** Ctobres saluete Idus, lux sacra, Maronem  
 Quæ fudisti auras prima sub ætherias.  
 Tuq; ad eò mihi lux salue, quæ proxima surgis,  
 Lux mihi natali sanctior usque meo;  
 Vnde sibi reduces apponit & ordinat annos,  
 Et signat niueis tempora leta notis,  
 Amula diuino condit qui carmina Vati  
 Fernandus, Musâ proximus vt genesi.

## E I D E M Φ Ι Λ Ε Λ Λ Η Ν Ι

Librum sacrarum precum Græcum  
 & Latinum mittit.

**A** Ccipe diuinum gemino, Fernande, libellum  
 Eloquio: ingenium nam decet ille tuum.  
 Audiet Omnipotens, seu maiestate Latinâ,  
 Seu Graio fusas dulcius ore preces.  
 Dumq; sacras niueo promis de pectore voces,  
 Et purâ asiduè mente Deum alloqueris,  
 Haud vigili studio, miro sed munere celi  
 Mox dabitur linguas addidicisse nouas.

VILLA

VILLA OSTIENSIS  
SACCHETTÆ FAMILIÆ.

**V**rbis in antiquæ, nitidi non indiga cultus,  
Villa solo, ad primum continuata mare,  
Hinc Romam, aduersæ cineres Carthaginis illinc  
Prospecto, & Tyrj diruta regna ducis.  
Nec facies animos aufert mihi proxima tantum,  
Litore ab opposito gloria quanta venit.  
Fastidit si Roma, procùl miratur, & optat  
Inuida delicias Punica terra meas.

OPPIDVM IN SABINIS.

**O**ppiduli aspectu primo si colligis, hospes,  
Hic vitam duci non bene, deciperis.  
Hic locus & calum felix & campus, & agros  
Hosce habitant Pallas, Liber, & alma Ceres.  
Hac pede piscosus nitido fugit amnis, & altis  
Exagitat siluis leta Diana feras.  
Hæc satis, & superant, animus ni deficit æquus:  
Hunc quoque qui secum non tulit, hic reperit.

POEMATA  
SOMNIVM,

Ruri sub conopeo arundinibus suspenso.

**E**ffe quid hoc dicam, tanta inter gaudia detur  
 Ducere cum solidos hic sine nube dies,  
 Quod, simul incipio molli requiescere lecto,  
 Terrificent animum somnia nigra meum?  
 Nam subito tristi percellor imagine, & ingens  
 Incessit miseris terror ab historijs.  
 Vel mihi praterita cum nocte miserrimus ultro  
 CANNARVM occurrit casus, ut obrigui!  
 Ergo perpetuo vigilantem vivere tanti est,  
 Et fugere horrendi dira pericla tori.

VILLA FARNESIA  
IN IANICVLO.

**V**illa solo & celo felix, & clara vetusto  
 Nomine, nil fumum, nil moror Urbis opes.  
 His Pater optavit regnum sibi Ianus in oris,  
 Et posuit nostro mœnia prima iugo:  
 Quæq; olim eduxit regalia tecta sub auras,  
 Credibile est spatium clausa fuisse meo.  
 Nunc titulo melioris heri, cultuq; recenti  
 Nobilis, egregio munere lata fruor.

AD

A D

IACOBVM WALLIVM

E SOCIETATE IESV,

Cùm Michaëlem Angelum Bonarrotum, scul-  
ptorem & pictorem summum, Aretinum ap-  
pellasset, cùm debuisset dicere Florentinum.

**V**atum maxime, quot fuere, VValli,  
Quot sunt, quotq; alijs erunt in annis,

Quid Florentia pulcra nobilisq;  
Urbs de te meruit misella tantum,  
Ipsi ut Praxitelem suum atque Apellem  
Vnus tu eriperes iniquè, & istud

Inter cetera lumen inuideres?  
Si nescis, grauitè tulere ciues.

Quod ni præproperè parumq; cautè  
Dictum continuò palàm recantas,  
Edico tibi, non inultum abibit.

Nam multabere patriâ vicissim.  
Nec te illi Grudium ferent poëtam,  
Brugæ nomine nec tuo ferentur:

Sed iactaberis vsque Mantuanus  
Vates, & Venusinus vsque, & Vmber.  
Res est non minimùm timenda VValli.

A D

C 4

A D



## A D F A V S T I N V M .

**Q**uod ferro, Faustine, tibi, quodq̄, ære rigenti  
 Mulciberis constat nobilis arte torus,  
 Horresco. Nescis, heu, quæ portenta cubili  
 Sub tali foueas nocte dieq̄, miser.

Nam, Maro si verus, verum est quoque credere, lecto  
 Versari Eumenidas nocte dieq̄, tuo.

F E R D I N A N D O  
 F V R S T E N B E R G I O .

**P**ascenti procul Vrbe animum Septembribus horis,  
 Crura sacer mihi cum lentè percurreret ignis,  
 Et miseros artus stimulis arthritidis acutis  
 Vreret, ac toto tentarer corpore, demum  
 Decubui fessus monitu imperioq̄, medentum.

Accipe nunc, Fernande, tori quæ commoda nostri,  
 Deliciaq̄, quibus cessantem frangere morbum  
 Sperabam, victorq̄, feros superare dolores,  
 Moxq̄, frui letus iucundi gaudia ruris.

Principio apparet lecti modus haud ita magnus:  
 Tres in fronte pedes, paulò plus tentus in agrum,  
 Dimidiamq̄, pavimento vix altior vlnam;  
 Vnde solum digitis pulsare micantibus imum,

Perq̄

*Perq̄, leues auras iactatis ludere talis,  
 Mite laboranti solamen. Culcita duris  
 Durior imposita asseribus, non illa minutis  
 Aut plumis infarta, aut vellere pinguis Ibero.  
 Cyniphiis tondent sed quale in vallibus hirci,  
 Horrentesve apri, Numidæve in montibus urfi,  
 Tomento oppletur Cilicum de stamine saccus.  
 Inuoluit super hunc animosis sospes ab Euris,  
 Et decimo fluctu, fædisq̄, agitata procellis  
 Carbasus, assutis obtendens vulnera pannis.  
 Nauticus horrescit supremo tegmine cento,  
 Blattarum ac tinearum epulis subductus, & unde  
 Diripuerè dapes magno certamine mures.  
 Cetera (quod multo mireris non sine risu)  
 Regifico surgunt luxu, textuq̄, renident  
 Attalico, & Babylonis acu, Phrygiq̄, labore.  
 Quattuor ingentes Ephyræo ex ære columnæ,  
 Aurati fulgent quarum alto culmine coni,  
 Vela ferunt pretiosa, & nobile conopeum.  
 Sed neque feruenti citius de sanguine febris,  
 Nec dolor abscedit membris, nec pectore curæ,  
 Textilibus si in picturis aurum inter & ostrum  
 Iacteris, quàm si plebeiâ in veste cubaris.  
 Quod te per nomen iucundum, & fœdera dulcis*

42 POEM. APOLLON. FLORENT.

*Testor amicitiae, per sanctae pignora dextra,  
Per mores, geniumque tuum, miseresce iacentis.  
Dumque datur placidos in lucem carpere somnos,  
Et tibi lauricomo veniunt insomnia Pindo,  
Inspirantque quiescenti nova carmina Musae,  
Dulce aliquid mihi Castalio transmittite liquore  
Perfusum Forsan vatum Deus, artis & idem  
Inuentor medicae sic me seruarit Apollo.*

